

UTRIUSQUE,  
HOLLANDIÆ,  
ZELANDIÆ, & WESTFRISIÆ,  
CURIÆ  
DECISIONES,

A  
CORNELIO NEOSTADIO, Domino  
in Sevenhoven, &c.

COLLECTÆ.

Nunc verò hac novissima editione non parum  
locupletatæ.

ACCESSERVNT

Ejusdem Tractatus de FEVDIS & alter de  
PACTIS Ante-nuptialibus.

*Relatio d. M. 1611. 1612.*  
*1613. 1614.*



LYGDVNI BATAVORVM,  
Ex Officinâ ELZEVI RIANA.

Anno clō 1644.



NOBILITATE CONSPICUIS,  
AVTORITATE AMPLISSIMIS,  
JVREQVE CONSULTISSIMIS  
VIRIS,  
PRÆSIDIBUS,  
ET  
SENATORIBVS  
UTRIUSQUE IN HOLLANDIA,  
ZELANDIA AC WESTFRISIA  
CURIÆ.



Edit denique ad Vos, Patres  
Amplissimi, tertia editio De-  
cisionum Vestrarum; quod  
fatis causæ sit dixisse, cur Vo-  
bis, quod Vestrum est, inscri-  
ptum eamus: aut ne gratum fore diffida-

\* 2

mus,



I

D E C I S I O N V M  
Curiae Hollandiae Prima. Referente  
Justo de Menijn 5 Maij 1580.

*Ian Klaasz. cum socijs impetrant in reformatie.*

contra

*Maarten Arisz. tot Enchuijsen gedaagde.*

Decisionis hujus duo capita sunt:

*Primò deciditur;*

Testamentum solenne, non nisi eadem solennitate quâ confectum est,  
rescindi posse.

*Secundò;*

Testamentum nuncupativum per incisionem, aut cancellationem  
non revocari.



*Albrecht Arisz. ende Geertjen Huijberts dochter  
echte luyden, hebben inden Iaare 1568 voor  
Notaris ende ghetuyghen haarlieden testament  
ghemaakt, bij 'twelke d' eerst aſtervende den  
lankſt-levendenden maakt uſufructuarium van  
ſijne, ofte haare naghelate goeden. Ende beroe-  
rende de proprieteyt, iſtitueren elckx haare  
naaſte vrienden tot haarlieden erſghenaamen reſpective, te weten;  
de voorſz. Albrecht Arisz. ſijnen Broeder Maarten Arisz. in  
twee portien, ende ſijns overleden broeders ende ſiſters kinderen in  
ſtirpes, elckx in eene portie hereditaire: ſulckx dat de voorſz. teſtateur  
gewiltd*

A

DE FEUDI JURIS SCRIPTI,  
HOLLANDICI,  
VVESTFRISICIQVE,  
SUCCESSIONE.

NEC NON

OBSERVATIONVM  
FEUDISTICARVM  
DECAS PRIMA

EX REBUS JUDICATIS  
CVRIÆ Feudalis

*Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæque Selecta.*

Auctore CORNELIO NEOSTADIO,  
Domino in Sevenhoven;

*Suprema Hollandiæ, Zelandiæ, VVestfrisiæque Curia Senatore primario;  
Academiaque Lugdunensis in Batavis Curatore.*



LVGDVNI BATAVORVM.  
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.

Anno c1o 1o c XLIV.



ILLVSTRIBVS,  
PRÆPOTENTIBVSQVE  
ORDINIBVS BATAVIÆ

CORNELIVS NEOSTADIVS  
Dedicat, Consecratque.



*ANNI jam sunt duo supra viginti, cum ve-  
stra, ILLVSTRES ORDINES, constitutio Po-  
litica, turbata successionum Iura sanxit pu-  
blica autoritate; quæ res omnibus gaudium,  
plerisque & expectationem attulit, fore, ut  
eodem exemplo Feudorum controversia le-  
gem acciperent à vestra manu. Mihi vero probatum quidem  
semper illorum studium, quibus jure certo, quam incertis di-  
sceptationibus nos uti magis placuit: at hi tamen errare visi,  
nec satis expendere, quantum inter utrumque interesset. Lon-  
ge enim alia, meo quidem iudicio, Feudorum est atque here-  
ditatis ratio: Hæc enim Legibus semper permessa est aut Te-  
statoris, aut Principis; unde eam quæ ab intestato defertur  
legitimam dici mos habet: At illa suas leges, hoc est pactio-  
nes habent, quæ non ab alterius arbitrio, sed utriusque con-  
sensu pendere indubitati iuris est. Quare cum Feudum sit in  
contractuum censu, conventionibusque obligentur etiam*



## OBSERVATIO PRIMA

### Decadis primæ.

*Uter de Feudo testamenti factionem concedat, Princepsne, an Feudi Dominus subalternus.*

**G**VILIELMVS Buschusius Feudum viginti sex jugerum, à Domino Honingensi motu, per mortem matris sibi delatum, hoc axioma in Iure asseribat. *Dat inden lande van Hollant, een generale costuyme, gevvoonte, ende usantie is, Inde successie van leenen: Dat alle onsterffelycke erfleenen succederen enden erfuen opten onsten ende naesten vander geender sijde van daer die selve ghecomen sijn. Ende dat alle manhoofst, in gelycke graed succedeert alleen voor die vrouwe, die juncxste man voor t'ouder vyf.*

Contra Cornelia soror, assertioni huic locum esse, quoties donatione, cessione in Iure, vel testamento, aliove ultimo elogio, domini consensu confirmato, secus dispositum non appareat Feudum controversum à matre Sorori Agathæ in dotem datum: idque ab Agathâ postquam per totos quindecim annos à morte matris possedisset, testamento domini consensu confirmato sibi relictum esse.

Quod verum inquit Guilielmus, sed Feudum eâ lege in dotem datum, ut eo matrimonio soluto siue liberi nati essent siue non, Feudum, ad materni generis hæredes actutum reverteretur; sibi igitur sexus privilegio, ætatisque prerogativâ postquam Agatha soror sine liberis defuncta sit, jus  
in

DE PACTIS  
ANTENUPTIALIBUS  
RERUM JUDICATARUM  
OBSERVATIONES:

AUCTORE

CORNELIO NEOSTADIO

*Supremi in Hollandia Auditorii Senatore, Academiaeque  
Lugdunensis Curatore.*



LUGDVNI BATAVORVM,  
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.

Anno cl3 l3 c XLIV.

*Nobilissimo & Amplissimo*

*D. D.*

REGINALDO BREDERODIO,  
Equiti, Domino in Veenhusen, &c.

P R Æ S I D I ;

*Amplissimo Clarissimoque D.*

RVMOLDO HOOGERBETIO,

*Senatori Supremae in Hollandia Curiae,*

C. NEOSTADIVS, S.

**H**ABI ego eos, amicissimi Collega, haud leviter existimo, qui prodi putant arcana Curiae, & velut iudiciorum mysteria evulgari, ubi sententiarationibus jurisque auctoritatibus suffulta in lucem eduntur. Nam cum negari non possit, omnia iudicum decreta, postquam promulgata sunt, publici esse juris, ea ipsa sicut in archivis inquirenti cuilibet patent, ita in libros relata, & omnibus communicata haud paulo commodius si legantur, quid tandem hic erit injuria, aut periculi? Quare ista celata velle, quid est aliud, quam, quod proverbio notatur, plebiscita in aurem dicere? Si leges quamplurimis innotescere publice interest, qui minus res judicatas? Nam sicut experimenta multa in unum collata artem fecere, ita pluribus ex sententiis initio jus ortum est: priusque de singulis quae se obtulerant judicari coepit, quam aliquid in commune decerni. Neque tantum origo haec legum fuit, sed & consummatio: nam quod illa loquuntur obscurius, id expli- cant res judicatae: Quod Legislator non vidit, qui circa rerum duntaxat universita- tem occupatus cuncta quae incidere solent prospicere non potuit, id usu cognitum sup- plent Iudices. Itaque Iustinianus Imperator cum novam de Fideicommissariis restitu- tionem ferret, dixit, id sua esse consuetudinis, inter judicandum ex motis negotiis le- gam optimarum arripere occasiones. Idemque inter prima juris elementa hoc collo- cat, quod Princeps cognoscens decrevit, id esse legis loco, quaeque in certis negotiis sta- tuta sunt, ea similium quoque causarum fata componere. Nec aliud credendi sunt Principes nostri voluisse, qui inter ceteras fori nostri Iudiciarias leges scribere publico praecipiant, uti causarum insigniorum definitiones ex mandato Senatus seorsum in peculiare volumen referat. Frustra enim asservari jubeatur, quod nullius postea usus futurum sit. Ad rem autem similium definitiones usus esse nullus potest, nisi ratio appareat, quae moverit iudicem, & quae forma quodammodo vitaque est ipsius senten- tia. Nam quod vulgo dicitur, stultum esse iudicem qui sententiae reddat rationem,



35

DE PACTIS  
ANTENUPTIALIBUS  
RERUM JUDICATARUM  
OBSERVATIONES:

Auctore CORNELIO NEOSTADIO,  
Domino in Sevenhoven;  
*Suprema Hollandie, Zelandie, VVestfrisiaque Curia Senatore primario;  
Academiaque Lugdunensis in Batavis Curatore.*

Observatio rerum Judicatarum prima.

*Pactum sponsalitiuum de successione bonorum, liberis non impedire liberam, de omnibus bonis parentum, dispositionem.*

Alidt Harcken, contra Cornelis Ysbrantssz.



CONTRACTV sponsalitiuum cautum erat, ut qui nascerentur liberi, sibi invicem hæredes essent: A liberorum vero novissimo bona, ad paterni generis hæredes, exclusis maternis, devolverentur. Cumque eum contractum etiam in vim ultimæ voluntatis, ut videbatur, valere placuisset: Filius unicus ex eo matrimonio natus fuit. Hic hæredem patrum, præteritâ amitâ, ex asse instituit. Amita vero bonorum partem alteram, ex contractu antenuptiali sibi deberi autumans, eam à Fratre in jure petiit. Contra Frater: Successiones quæ pactis antenuptialibus deferuntur testamentorum vim non habere: sed ita demum effectum sortiri, si testamento liberorum, vel eorum quorum interest, secus cautum non appareat. Licuisse igitur testatori, non modo aëtricem sed & se præterire.

Cumque Judices pedanei reum ab impetitione aëtricis absolvissent: Et aëtrix intra decendium quidem Hollandiæ